

1. De numero<sup>1</sup> eorum omnia sē habere explorata Remi dicebant, propterea quod propinquitatibus<sup>2</sup> affinitatibusque<sup>3</sup> coniunctī, quantam quisque multitudinem in communī Belgarum conciliō ad id bellum pollicitus sit, cognoverint. 2. Plurimum inter eos Bellovacos et virtute et auctoritate et hominum numero valere: hos posse conficere<sup>4</sup> armata milia centum, pollicitos<sup>5</sup> ex eo numero electa<sup>6</sup> milia sexaginta totiusque bellī imperium<sup>7</sup> sibi postulare.

3. Suessiones suos esse finitimos; fines latissimos feracissimosque agros possidere.

4. Apud eos fuisse regem nostrā etiam memoriā Diviciacum, totius Galliae potentissimum, qui cum<sup>8</sup> magnae partis harum regionum, tum etiam Britanniae imperium obtainuerit; nunc esse regem Galbam; ad hunc propter iustitiam prudentiamque summam<sup>9</sup> totius belli omnium voluntate deferri<sup>10</sup>.

---

1 nimmt Bezug auf das Vorangegangene: die Zahl, Anzahl

2 propinquitas, atis *f* – Verwandtschaft

3 affinitas, atis *f* – Freundschaft, Nähe

4 conficere – hier: zusammenbringen

5 pollicitos: ergänze *eos esse*

6 electa=electorum hominum

7 imperium, *ii n* - Oberbefehl

8 cum ... tum etiam – nicht nur ..., sondern ganz besonders auch

9 summa belli – Oberbefehl

10 deferre ad – jemandem (etwas) übertragen